ΠΡΟΤΑΣΙΣ ΙΖ. Πρόβλημα.

Εἰς τὸ πελέκεως ἑξαγώνου παραπλήρωμα τμῆμα ἑξαγώνου ἐγγράψαι.

PROPOSITIO XVII. Problema.

Complemento ſecuriclæ Hexagoni ſegmentum Hexagoni inſcribere.



Videndum, an complemento ſecuriclæ Hexagoni inſcribi poſſit ſegmentum Hexagoni, aut, quod idem, duo ſemiſegmenta Hexagoni. Rectæ CED *magnitudinis non finitæ ſit perpendicularis rectæ* EV *infinitæ. Abſcindantur interualla quæcunque æqualia* EC, ED. *Deinde centris* C, D, *interuallis vero* CE, DE, *deſcribantur peripheriæ* EG, EH. *Rurſus eodem interuallo, centro autem* E, *deſcribatur peripheria* GFH: *quam recta* EF, *ex infinita* EV *abſciſſa, nempe ſemidiametrus peripheriarum, diuidet bifariam in* F. *Peripheriæ igitur* ENG, EH, GFH, *ſunt æquales, per primam defin. tertij elementi: quia recta connexa* GH *eſt ſemidiametris* EF, CE, DE, *æqualis. Quare per definitionem primam huius, figura* ENGFHE *eſt ſecuricla Hexagoni, & recta* RF *Apotome, vt alibi demonſtratum eſt: cui æqualis* RK *abſcindatur: & fiat ſegmentum* GRHMKLG

 æquale